Quod sua Cæs.ª Mtas à tempore sui inchoati regiminis nil gratius, nilq; impensius in animo suo habuit, quam qd illud bene coeptum Christianum utile, et optimú opus secundum speratam perfectionem absolueret, quod quidem et proculdubio iam bonum finem sortitum fuisset, nisi ardua, maximiq; momenti quotidiana negotia, quæ suam Cæs.am Ma.tem in continuis laboribus et molestijs occuparunt, ab eo distraxissent.

Et quamuis etiam suam Cæs.am Mtem adhuc hodie multa grauissaq; non immerito retraherent incommoda; atq; ob id tam repente, tamq; breui temporis interuallo ad prædictú uniuersale opus non nisi maxa cum difficultate peruenire posset, ac non propterea sua Cæs.ª Mtas ob dictorum duorum statuum præfixas, humillimas tamen, et assiduas petitiones, et preces per gratiosissima concessione dictæ Augustanæ Confessionis singulari quadam, ac Imperiali mansuetudine, fide, ac admodum paterna inclinatione, qua in specie huiusmodi duos status coniunctim, et diuisim persequitur, tam in hac, quam in alijs quibuscunq; rebus ad demonstrandam suam paternam intentionem gratiosissimamq; uoluntatem non libenter diutius id differri uellet: Sed potius eisdem duobus statibus; inquantú sua Cæs. Mtas apud Deum defendere, ac in alijs locis, quorum decentem respectum suam Mtem habere oportet, expedire non posset libenter ac placide annuere cuperet, et vellet. Nihilominus sua Cæs.ª Mtas denuo licet multo ipsis supplicibus duobus statibus seruare honestis modis in suis castris, domibus, et habitationibus patrijs prædictam Augustanam Confessionem, quæ quondam Imp.ri Carolo V.o in Augustanis de anno M·D·XXX· habitis Imperialibus Comitijs à non nullis Electoribus, Principibus, et Ciuitatibus porrecta fuit; non autem aliam ex

gratiosissimo assensu conniuere, et permittere cogitauit. Si modo ante omnia de ritu priorum cerimoniarum, quo ad fieri poterit usui Veteris Ecclesiæ proximiori. Ac ueluti statim ab introductis, et receptis ipsis ceremonijs ut plurimum obseruatú, et in quotidianum exercitiú missum fuit præcisè, et uniformis ratio, et ordo inuenirj, contrahi, et stabilirj potest. Quemadmodú etiam sua Cæs.ª Mtas nihil prorsus dubitat, quin unusquisq; iuditio præstans, et cordatus homo qui bono animi sui Zelo ad hanc concessionem petendam moueatur, ex se ipso iudicaturus sit, et à diuino uerbo perceptuzus, qd cuncta in Ecclesia Christiana optima forma, et ordine procedunt, et administrari debent; quodq; ab initio Mundi usq; ad hæc tempora nulla Religio absq; uniformi ordine, usu sui salutiferi, diuinique uerbi, et sine Sanctissimi sacramenti debita reuerentia, nec non nisi adhibitis ceremonijs, quæ uulgares, et indoctos Laycos ad Christi deuotionem puramorationem, Christianamq; obedientiam, mores, et disciplinam incitant nusquam recepta fuit.

Itaq; cum sit notum præfatam Confessionem esse tandem libellum quendam, ac doctrina forma nempe continentem quo pacto eiusmodi doctrina in Ecclesijs, et scolis apud status eiusdem Confessionis tunc temporis instituta, et ordinata fuerit. Cumq; rituum ceremoniarum aliarumq; rerum gratia, quæ prædictis necessariò sunt annexæ, nulla penitus certa regula data fuerit; sed tamen statim post factam Confessionem illius doctrinæ apud Electores, Principes, ordines, et status Imperij, qui se sic declararunt in unius cuiusq; Principatu, regione, et Iurisdictione multæ prestantiores ordinationes statutæ ac additæ fuerint; quibus tandem totum exercitium prædictæ doctrinæ, et Confessionis, Vz. cuiusmodi ceremonijs, et extrinsecis modijs ritè, et rectè, in ipsa Ecclesia